



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica VII. Post Pentecosten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

DOMINICA VII.  
POST PENTECOSTEN.

1.

*Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris.*  
*Math. 7.*

Hisce S. Evangelii verbis manifestè ostendit Christus, non eum esse verum Dei servum, qui ore tantum ac labiis honorat Dominum, de executione verò mandatorum ejus sollicitus non est; sed implentem præcepta. Cur autem non ex toto corde serviamus Deo? Dominus enim noster est, & omni jure servitium à nobis exigit. *Mense I. Disc. 7. pag. 85.*

2.

*Attendite à falsis Prophetis. Math. 7.*

Inter creaturas nocentissimas sunt libri impuri, & imagines incaustæ: sub suavi eloquio propinant venenum: veniunt in vestimentis ovium, & intrinsecus sunt lupi rapaces. His legendis qui vacat, non meretur singularia divinæ gratiæ auxilia, & ipsam habitualem gratiam non diu conservabit. *Mense I. Disc. 14. pag. 193. usque ad num. 7.*

i 5

3.

3.

*Veniunt ad vos in vestimentis ovium,*  
*Matth. 7.*

Scriptum quidem est: *Omnia fac cum consilio,*  
*& post factum non paenitebis.* Verum non omni  
 consilio aut doctrinæ facile credendum aut fi-  
 dendum. Cum enim sint, qui malis consiliis  
 & doctrinis alios pervertere moliantur, facile  
 incautos decipiunt, sed ipsi gravissimo se pec-  
 cato obstringunt. *Mense IV. Disc. 97. pag. 83.*  
*usque ad num. 5.*

4.

*Intrinsecus autem sunt lupi rapaces,*  
*Matth. 7.*

Antiquum proverbium est: *fide, sed cui fidas,*  
*vide.* Cave, ne facile cujuscunque doctrinæ  
 aut consilio acquiescas: sunt enim, qui rapa-  
 cium luporum similes importunitate impellunt  
 alios ad peccandum, difficillimè ad frugem re-  
 dituros. *Mense IV. Disc. 97. pag. 91. à num. 5.*  
*ad finem.*

5.

*Non omnis, qui dicit mihi: Domine,*  
*Domine, intrabis in regnum cœlorum.*  
*Matth. 7.*

Salutaris omnino, & necessaria est divini  
 nominis invocatio. At verò si nomen Domini  
 assu-

assumatur in vanum, gravissimè peccatur, præsertim si per juramentum inutile vel falsum di-  
vina veritas in testimonium advocetur. Sunt  
certæ juramenti justi conditiones: hæ nisi ob-  
serventur, enormis Deo injuria fit, unde me-  
ritò ad infligendas tam in hac, quam altera vi-  
ta pœnas impellitur. *Mense II. Disc. 43. pag.*

184.

## DOMINICA VIII. POST PENTECOSTEN.

1.

*Quid faciam, quia Dominus meus aufert  
à me villicationem? Luc. 16.*

Magna est hujus villici infelicitas amissâ vil-  
licatione; nam aut inter vulgares operas su-  
dare & laborare, aut inter mendicabula stipem  
corrogare cogitur; calamitatis hujus causa est  
dissipatio bonorum Domini sui. Major erit  
tua infelicitas, O peccator, quamprimum per  
mortale peccatum gratiam Dei perdidieris; nam  
cum illa amittes omnem animæ pulchritudi-  
nem, & omnes spirituales divitias. *Mense I.*  
*Disc. 21. pag. 315. usque ad num. 8.*

2.

*Redde rationem villicationis tux. Luc. 16.*

Non immeritò Dominus iste à Villico ratio-  
nem expetiit, utpote dissipante bona ipsius:  
pari modò misericordiam non meretur, qui  
crea-